tuo ne ꝓhibeas gratiam. ſic fecerunt machabei. j.
Mach.v. Cõuenit eccl'ia magna cogitare quid fa
ceret fratrib⁹ in tribulatiōe. Deut.xxj. Precipio ti
bi vt apias manū tuã fratri tuo. Vñ ſi vis q̄ de⁹ in
neceſſitate tua tibi ſubueniat. tu ꝓxima debes ſub
uenire Lu.vj. Eadē mēſura ⁊c. Hiero. Tanto vici-
niores erimus eterno gaudio. quãto miſericordio
res fuerim⁹ ſup defunctoꝝ ſupplicio. Item vnum
mēbrū reputat ſibi fieri qđ alteri fit. vñ ſi pes ledit̄
os dic. cur me ledis. ⁊ ſic eoꝝ pena deberet nobis
eſſe ꝓpria. Gre. Tanto q̄s ꝑfectior quãto ꝑfectius
ſentit dolores alienos Jō.j. ad Cho.xij. Cū cõgra
tulat̄ vnū membrū. gaudent oia. Ro.xij. Gaudete
cū gaudentib⁹. Sz heu pleriq̄ ſunt nullã mētiōez
faciētes nec habētes ꝓ defunctis. De quib⁹ Beda
Indign⁹ erit omni ſuffragio q̄ defunctoꝝ in mēor
fuerit in ħ ſeculo. De his ꝯq̄runt̄ aie defunctoꝝ ꝓ
ut dicit Guido in ſermone. Cõq̄runt̄ em̄ anie in
purgatorio eo q̄ nõ fit mētio de eis in hoc ſeculo.

¶ Item anie ꝯquerunt̄ in purgatorio ſup mlta
genera hoim. ¶ Primo ſup eos q̄ bona eoꝝ dereli
cta eis attrahūt ⁊ ſibi vſurpant. vt heu ſepe ꝯtingit
q̄ moriēdis famulant̄ attrahūt eoꝝ derelicta q̄ſi ꝓ
pria. Vel etiã q̄b⁹ in fideles manus aliq̄ cõmiſſa
ſunt ad obſeruãdū vt dent heredib⁹ vel ꝓ aie ſalu
te. ⁊ ſibi ipis vſurpant. tales peiores ſunt ceteris fu
ribus. q2 tales duplex furtū cõmittūt ſpoliãdo taz
viuos q̄ȝ mortuos. mortuos ſpe ⁊ ꝯſolatione quaz
expectãt. ⁊ heredes mortuoꝝ ſpoliant ſubſtãtia cū
qua ꝯſolarent̄ mortuos alemoſinã faciēdo vt eo fi
delius orarent ꝓ eis ſi aliq̄ fuiſſent eis derelicta ⁊
duplicant lachrimas orphanoꝝ et viduaꝝ. q2 ꝑdi-
derūt parentes ⁊ ſpoliant̄ bonis parētū. Sed de⁹
q̄ eſt pater orphanoꝝ et iudex viduaꝝ nõ ſinit hoc
inultū. De talib⁹ Iſa.xxxiij. Ve q̄ p̄daris. nõne p̄
daberis. Nam ex dei ꝑmiſſione tales aliq̄ñ plus ꝑ
dūt q̄ȝ recipiūt. vt dñs aliq̄ñ ferit eos grauib⁹ infir-
mitatib⁹. ita q̄ ꝯſumūt in lecto infirmitatis. Vel
eos q̄ñq̄ plagat tp̄ali pena ꝑ quã veniēt ad eternã
Et ſicut aloꝝ heredes p̄uauerūt bonis ſuis. ſic eo-
rū heredes ſpoliant̄. vt impleat̄ illud pſ̄. cviij. Fi-
ant filij ei⁹ orphani. ⁊ vxor eius vidua. filij ei⁹ men
dicēt ⁊ eijcient̄ de habitationib⁹ ſuis. Et ſi de⁹ eis
parcit ad temp⁹ ⁊ ꝓlongat ⁊ ꝓſperant̄ ⁊ nõ reſtitu
unt. tūc theſauriſant ſibi irã i die ire. Greg. Quã-
to miſericordi⁹ hic parcit. tãto durī⁹ in eternū ferit
¶ Secundi de q̄b⁹ cõquerunt̄ ſunt heredes. q̄ ea q̄
dereliquerūt eis praue cõſumūt. ⁊ ꝓ animab⁹ mo
dicū vel nihil faciūt. Sup tales cõquerunt̄ q̄rulo
ſe illud Job.xix. Miſeremini mei miſemini mei
ſaltē vos amici mei. q2 manus dñi tetigit me. ¶ D
Item tres graues iniquitates oñdunt. Primo q2
ſunt inmiſericordes nõ cõpatientes eorum exilio.
Amb. Indignū eſt illi deum eſſe ꝓpiciuz qui cru-
delis eſt in ꝓximū Jaco.ij. Judiciū fiet illi ſine mi
ſericordia qui nõ facit miſericordiaz. Secūdo q2
ingrati ſūt q2 immemores beneficijs eis impenſis
nõ memores quãtos dolores. labores. curas cum
eis habuerūt parētes eos educãdo ⁊ cuſtodiendo.
Si em̄ vinct⁹ tu fuiſſes corporaliter parētes abſtra
xiſſent ꝓprio ore redemiſſent ⁊. tu obliuiſceris eoꝝ
De talib⁹ Ecci.iij. q̄ȝ fame male eſt q̄ relinquit pa-
trem. ⁊ maledictus eſt a deo q̄ exaſperat matrem.
Tales ſunt q̄ male expandūt derelicta ⁊ augēt pe-
nas eoꝝ. Tercio oſtendūt infidelitatē. q2 poſuerūt
fidē in eos ⁊ ſtudioſe laborauerūt in vita. ꝯfiden-
tes ſi relinq̄rent filijs cõpetētē neceſſitatē nõ opor
teret eos ita grauiter laborare. q̄ eo diligēti⁹ ſerui-
rēt deo ⁊ ꝓ eis orarēt. ſ3 implet̄ in eis illud Zach.
ix. Dolebit nimis acharon qm̄ ꝯfuſa eſt ſpes ei⁹.
¶ Tercij de quibus ꝯquerunt̄ anie q̄ odioſe litigãt
aut diſceptant ꝓ derelictis. Multi ſunt q̄ dū viuūt
habēt paucos vel nullos amicos. ſ3 cū moriunt̄ in
ueniūt ſe amici. nõ q̄ eis amicabiliter agūt q̄ſi volē
tes anie bonū. ſ3 q̄ derelicta ſunt habere volūt. Hic
incipiūt rixe. diſceptationes. iuramēta. falſi teſtes
adducunt̄. mutuo detrahūt. O q̄ȝ magnus meror
poteſt hoc eſſe aiab⁹ defunctoꝝ q̄ occaſiōe bono
rū q̄ ita grauiter acq̄ſierūt ⁊ ſperauerūt eis ad con
ſolationē ꝑuenire. de his peccata ⁊ iuramēta oriri.
q2 valde dolēt quã deus aliquo peccato offenditur

Ubi expiunt vindicte vicioꝝ. ¶ Sꝫ diceres quō poſ
ſunt ſcire ſi aliqui ꝓ eorum bonis certant. Rñdet
Aug. in libro de cura ꝓ mortuis agenda. Ex reue
latione angeloꝝ vel aiaꝝ de mūdo decedentiū. vl
ex diuina reuelatōne. ſic cognoſcūt qd boni ꝓ eis
fit ⁊ a qbus. ¶ Quarti de quib⁹ ↄquerunt ſunt qui
nolūt ſoluere debita. ¶ Nota ꝓ duplicibus de
bitis patiūt ea ptīni in purgatorio. ſ. ſpūlia ⁊ corpali
Spūalia debita ſunt pctā. Mat. vj. Dimitte nob
debita noſtra. Corpalia ſunt pecunie ⁊ res. Spūa
lia debita ſoluunt penitētia. q̄ ſunt pctā. Corpalia
vero pecunia vel alia re q̄ iniuſte detinet. Sic du-
plicē dilectionē debemus eis obtinere. pmo ſoluē
do debitū ſpūale. i. pniam ꝓ eis ſuſcipe. Dicit em̄
magiſter henricus de haſſia in lectura ſup Gene.
Si viuēs ſuſciperet in charitate pniam quā mor-
tuus ſuſceperat in extremis cū adhuc viueret ⁊ eā
pficeret ꝓ eo ⁊ ſi ↄdigna eſſet penitētia impoſita a
ſacerdote poſſet mortuus liberari a culpa ⁊ pena.
ſi nō haberet alia impedimēta. q2 ipſe iam eſt liber
⁊ ille q̄ ſuſcepit obligat. Si aūt haberet alia. id eſt
venialia vl' oblita. ꝓ tali poſſet puniri. ⁊ ſic ſtat ali
quē fore beatū ꝓ q̄ agit adhuc penitētia in hoc ſe-
culo. ¶ Sꝫ diceres. ſtat ꝙ viuēs pniam moriē
tis ſuſcepit. ⁊ poſtea nō ſatiſfecerit. nunqd imputa
bit mortuo. Rñdet ꝙ nō. ſꝫ ille q̄ ſuſcepit ⁊ neglexit
vt patet exemplū de quodam fratre cui hoc ↄtigit
ꝙ ſuſcepit pniaꝫ ⁊ neglexit. poſt obitū apparuit cui
dā fratri. dixit ſe eſſe in penis nō ꝓprijs ſed alienis.
¶ Sed di. ponam⁹ ꝙ fideliter intendat implere. et
eodem die vel cito poſt illū moriat ꝓ quo ſuſcepit
⁊ ſic pficere nō potuit. puniet nec ille q̄ ſuſcepit. Rñ
det. puto ꝙ nō. licꝫ poti⁹ eſt credēduꝫ ꝙ plus deus
cui placet charitas ⁊ miſericordia q̄ dicit Math. v.
Beati miſericordes ⁊c. non ſolū remittit ei penam
quā ꝓ alio deberet pati quā ex charitate ⁊ miſcdia
ſup ſe ſumpſit. ſꝫ ſingularē retributionē ⁊ ſpecialeꝫ
ↄtritionē ꝓ pietate ei ↄcedet. ¶ Secūdo viuēs po
teſt penitere ꝓ mortuo ſi ↄtritus fuerit ⁊ deſidera
uit pniam ⁊ cōfeſſionē. ⁊ ſi qs ſciret illa peccata de
quib⁹ fuiſſet ↄtritus. licꝫ nō ↄfeſſus. ⁊ ↄfiteret ⁊ pe
nitentiā aſſumeret. vt legit in legenda aurea. ¶ B
Fuit quedaꝫ mulier cui vir moriēs miſit magnas
diuitias. ſꝫ illa hoſphiſando cū amaſijs ↄſumpſit.
Cū aūt ſenuiſſet ⁊ deformis ⁊ depaupata fuiſſet ab
amatorib⁹ fuit derelicta. de q̄ cepit ↄtriſtari. Cui di
abolus apparēs ait. Nō ↄtriſteris. fac ꝙ docebo ⁊
dabo tibi diuitias ⁊ amaberis vt pus. Que ſpopō
dit. tunc p̄cepit ei quattuor. Prio ꝙ in domo ſua
pmitteret familie luxuriari ⁊ q̄cunqꝫ vellēt. Scdo
ꝙ paupes de die hoſpitaret et de nocte expelleret.
Tercio ꝙ cū veniret ad eccleſiā deberet fabulari et
alios in orōne ⁊ p̄dicatōe impedire. Quarto ꝙ ne
quaqꝫ deberet ↄfiteri. nec hoc alicui reuelare. Hec
oia miſerrima fecit ad temp⁹. Poſt hoc infirmata
hortabat a filio ad ↄfitendū ⁊ ad ſacramēta pcipiē
dum. Que rñdit. Gratis eſt. pdita ſum. Sed cū fi
lius inſtaret ꝓ cauſa reuelanda illa noluit ſibi dice
re. Ille petēs eā lachrimis tamdiu vſqꝫ ei oia pate
fecit. ille ↄſolabat eam ⁊ exhortans ꝙ nequaqꝫ de-
ſperaret. q2 dñs ita grauiter paſſus eſt ꝓ peccatori
bus ꝙ maior eſt dei miſericordia q̄ omnis noſtra

miſeria. ꝙ ſolū ſperaret in deum ⁊ confiteret in ſpe
venie. At illa. tarde eſt. Rñdit ille. nō. ꝓmittens ꝙ
tm̄ ↄfiteret ipſe ꝓ ea vellet penitere. Ex hoc ipſa cō
ſolata iuſſit eū ire ꝓ ſacerdote. Et duꝫ filius iret ꝓ
ↄfeſſore diabolus ita horribilit ei apparuit ꝙ p̄ ter
rore moreret antequā ſacerdos venit. Tūc fili⁹ cōfeſ
ſus eſt ꝓ ea ⁊ ſuſcepit pniam ꝓ ea ſeptennē ⁊ eam
ſtrēnue ⁊ deuote cōpleuit. Et poſt ſeptē annos ap
paruit ei mater ⁊ retulit ei grās. Eſt tm̄ differētia in
ter pmam ⁊ ſcdam penitentiā. Nam in pma q̄ cō-
feſſus eſt abſolut⁹ eſt totaliter ab his ad q̄ extēdit
ſe pnia iniūcta p alteꝝ implēda. Sꝫ i ſcda ñ ſic ab-
ſolut⁹ eſt a pena licet p ↄtritionē a culpa q̄ nō ē ſa-
cramētaliter ↄfeſſus. tm̄ oportet eū pati i purgato-
rio quſqꝫ implet pnia vel ſatiſfactio in pena. ¶ Ter
cio viuētes pn̄t penitere ꝓ mortuis in generali. dū
neſciūt q̄ ⁊ q̄ta pctā fecerūt defuncti. Nā viui poſ
ſunt orare. ieiunare. elemoſinas dare. ⁊ opa pieta-
tis exercere. tali intentōe vt ſit ad honorē dei ⁊ ſa-
tiſfactionē ꝓ delictis defunctoꝝ vt a penis liberet.
Et hoc modo nos oēs debem⁹ ieiunare ad libera-
tionē defunctoꝝ. Et ſi nō poſſemus integras peni
tētias ꝓ eis portare ſaltē aliquid faciam⁹. ad Gal.
vj. Alter alteri⁹ onera portate. xiij. q. ij. Penitētie
viuoꝝ ſunt auxilia defunctoꝝ. ¶ Scdo ſoluēdū eſt
debitū corpale Ro. xiij. Reddite oib⁹ debituꝫ. cui
tributū tributū. cui vectigal vectigal. Si igr vis bñ
facere defunctis amicis. redde debitū añ teſtamē
tū. debita nō ſunt ꝓpria ſꝫ aliena bona. nō de alie-
nis non debet fieri elemoſina. ſm illud Thob. iiij.
Ex ſba tua fac elemoſinā. Et Prouē. iij Honora-
dñm de tua ſba. Et. xiiij. q. v. Immolās ex iniquo
maculata eſt oblatio. et Eccl. xxxiiij. Qui offert ſa
crificiū de ſuba pauperꝝ. q̄ſi q̄ victimat in cōſpectu
pris filiū. Jō melius eſt ꝙ reſtituat. Nā p alia opa
nō pn̄t iuuari. nec abſolui ſine debitorū ſolutione
¶ Exemplū legit in apiario. Quidā miles mor-
tuus apparuit vni ſuoꝝ portās pond⁹ babatoruꝫ
flāmantiū dicēs. Dic dñe tue vxori mee vt ſoluat
debitū huic fabro. nominās fabrū. Ecce ꝓpter ba-
bata mihi facta nō ſoluta gerē me oportet babata
flāmātia quſqꝫ ſoluet. qd illa audiēs acceſſit fabrū
q̄rēs de debito. Rñdit. tenet mihi vnā marcā. ſꝫ ſe-
pe monui ꝙ tedio affectus dimiſi. ita mortuus eſt
Poſt hoc ipa ſoluit. immediate poſt hoc vir vxori
in lōga apparuit veſte. ⁊ ligat⁹ inferius reſte ⁊ ſupi
us. Ait vxori. Solue me. attinge veſtē meā i fine ⁊
trahe de me. qd fecit. Et ille gratulās ait. Jaꝫ ſolu-
tus ſum grās tibi ago. q2 ſoluiſti debitum. Multa
fuerūt ꝓ eo facta. ſꝫ nō ꝓfuerūt ſine ſolutōne debi
toꝝ. ¶ Quinti de qbus ↄq̄runt ſunt q̄ nō dāt
qd ligauerūt. Aug. xiij. q. ij. vltima. Ultima volū-
tas hois morientis oibus modis eſt adimplēda tā-
to citi⁹ quāto poſſet. ¶ Exēplū. Pariſi⁹ accidit ꝙ
qdā ſtudēs moritur⁹ cōmiſit ſocio ſuo vt culcitrā
quā habuit vēdere deberet ⁊ p̄cium paupibus ero
gare. Sed mortuo illo ſocius diſtulit hoc facere.
iacēs p ſe in eadē. Tunc mortuus apparuit in viſi
one multū afflictus q̄ſi iacēs in lecto nudus. Ad
qd ille territ⁹ vēdidit eā ⁊ p̄cium dedit paupibus.
Quo facto apparuit defunctus q̄ſi in lecto bene
diſpoſitus ſuauiter requieſcēs. Ex q̄ patꝫ ꝙ qui ꝓ

longāt facere ꝑ aīabus ſuffragia ſepe coꝝ penas
ꝓcraſtinant. Jō Eccli.iiij. Coꝛ inopis ne affixeris
nec ꝓtrahas datū āguſtiāti. Prouer.iij. Ne dicas
amico tuo reuertere cras cū ſtatim dare poſſis.iu-
xta illud.Eccl'ſ.ix. Quodcūq; pōt man⁹ tua opa-
ri.inſtāter fac.q2 nō eſt opus nec ratio nec ſcientia
nec ſapiētia apud inferos ꝗ que poſſunt eripi. Sz
dicit Rich.de ſancto victoꝛe. Charitatis nr̄e ope-
ra ſedant defunctorum ſupplicia.

¶ De ſancto Martino. ¶ Sermo cliij.

Beati ſerui quos cū ve
nerit dn̄s inuenerit vigilātes. ¶ In ſum
ma euangelij duo innuunt. Prio hoꝛtat
nos ad carnis mūdiciaꝫ.ibi. ſint lūbi veſtri. Scdo
docet bonoꝝ opeꝝ vigilātiam.ibi. Beati ſerui. De
pmo dicit. Sint lumbi veſtri pcincti. ¶ Dupli
ces ſunt lumbi.ſ.mētis ⁊ coꝛpis. Hic loquit de lū
bis mentis.q̄ ſunt intellectus ⁊ affect⁹. ex q̄bus co
gitatiōes ⁊ deſideria q̄ſi quedā ſoboles generant.
De q̄bus pſ.xxxvij. Lumbi mei impleti ſunt illu
ſionib⁹.i. malis deſiderijs et cogitatiōibus quib⁹
diabolus illudit aīas. Naꝫ q̄ ſe pcingit veſtes ele
uat.ſic nos a terrenis ⁊ carnalibus ↄcupiſcētijs af
fectū debem⁹ leuare ad deū.ad Eph.vj. State ſuc
cincti lūbis veſtris id eſt eleuatis affectiōib⁹ a car
nalib⁹ deſiderijs Gre.in omel. Lūbos pcingim⁹
cū carnis luxuriā ꝑ ↄtinentiā coartamus. Hoꝝ lū
boꝝ cinctoria ſunt duo. Primū eſt aſſidua medita
tio legis diuine.de q̄ Hiero.ad ruſticū monachū. ⁊
hr̄ de ↄſe.di.v. Nunq̄.vbi dr̄. Ama ſciētiā ſcriptu
raꝝ.⁊ carnis vicia nō amabis. Eccl.xij. Frequens
meditatio eſt carnis afflictio. ¶ Scdm eſt diſcipli
na iuſtitie. Iſa.xj. Erit iuſticia cingulū lūborū ei⁹.
id eſt diſciplina iuſtificās. vt fomes ↄcupiſcētie re
primat in carne. Sic fecit apl's.j. Cho.ix. Caſtigo
coꝛpus meū.⁊ in ſeruitutē redigo. Eccli.xj. Mali
cia vni⁹ hoꝛe facit obliuionē luxurie magne. Gre.
Uulnus coꝛpis ſanat vulnus mētis. Jō lūbi coꝛ
pis ſunt pcingēdi cingulo caſtitatis.ꝫ lūbi mentis
meditatiōne diuine legis. Quia hr̄ in cañ.xlix.di.
hinc etem. Si luxuria in cogitatōe nō reprimit in
actiōe dn̄at. ¶ Itē q̄drup lices ſunt pſone que
ſe pcingūt. Primo pcingūt ſe operaturi. Sic nos
vocati ſumus ad operandū. Job.v. Naſcit homo
ad laboꝛē ⁊c̄.pſ.ciij. Exibit homo ad op⁹ ſuū vſq;
ad veſperam.i.ad moꝛtem.q2 tunc Mat.xx.dicet.
Uoca oparios ⁊ redde illis mercedē.non ocioſis
Ideo Eccl'ſ.ix. Quodcūq; poteſt manus tua opa
ri.inſtanter fac. Sed luxuria impedit opationem
boni.de q̄ Gre. Luxuria ſi mentē occupauerit vix
bona cogitare pmittit.de q̄ Oſee.iiij. Foꝛnicatō ⁊
vinum ⁊ ebrietates auferūt coꝛ. Ideo apl's.j. Cho.
vj. Fugite foꝛnicationē. Greg.iij.moꝛal. Luxuria
ebetat ſenſum.ↄfundit intellectū.maculat volūta-
tem.eneruat memoꝛiam. ¶ Scdo pcingunt ſe pu-
gnaturi. ſic ⁊ nos in hac vita ſumus in ↄtinua pu-
gna.de q̄ Job.vij. Militia ē vita hoīs ſup terrā. Et
Bern. Undiq; bella.vndiq; tela volāt.vndiq; tem
ptamēta. Jō apl's ꝓponit nob arma ꝑ q̄ poſſum⁹
reſiſtere.ij.ad Choꝝ.x. Arma militie nr̄e non ſunt
carnalia ꝫ ſpūalia. Figurat.j. Regū.xvij. Dauid
golīā vicit nō in armis ꝫ in funda ⁊ q̄nq; lapidib⁹.
quos recepit in perā paſtoꝛalē. Sic nos in funda.
i.oꝛone.⁊ q̄nq; lapidib⁹.i. q̄nq; vulnerib⁹ xp̄i vin-
cere debem⁹ hoſteꝫ nr̄m.de q̄ Iſid. Oratio pualet
oībus malis. ¶ Tercio pcingunt ſe ituri. Sic nos
ſm Gre.ſum⁹ in via qua ad patriā pgimus.q2 nō
habemus hic manentē ciuitatē.ꝫ futurā quā que-
rim⁹.ad quā q̄tidie appꝛopinquam⁹ ꝑ moꝛtē. Sz
ↄcupiſcētia carnalis impedit nos i via ſalut'.de q̄.
j.Cho.xv. Caro ⁊ ſanguis regnū dei poſſidere nō
pn̄t. Jō ad Gal.v. Spū ambulate.carnis d'ſideria
ne pficiet'. Ro.viij. Si ſm carnē vixerit' moꝛiem
ni. Aug. O q̄ parua cōcubit⁹ hoꝛa ꝑ quā pdit vita
eterna. Hugo in li.de ſacramētis. Conari debem⁹
q̄tum poſſum⁹ vt carnē ſpiritui ſbdam⁹. ¶ Quar
to pcingūt ſe miniſtraturi. Sic nos adminiſteriuꝫ
dei foꝛmati ſumus.de q̄ Iſa.xlix. Foꝛmans me ex
vtero ſeruū ſibi. Et.j. Choꝝ.iiij. Sic nos exiſtimet
homo vt miniſtros xp̄i. Ergo debem⁹ eſſe mundi
coꝛpe ⁊ aīa.q2 dr̄ ꝑ pſ.c. Ambulās in via imma-
culata h mihi miniſtrabit. Sz luxuria polluit mē-
tem.de q̄ Iſid.⁊ hr̄ in cañ.xxxij.q.vij.c. Nō ſolum
vbi dicit. Luxuria inter oia alia pctā maxime tem
plū dei polluit. Un̄ apl's.j. Cho.vj. Oē peccatū
extra coꝛpus eſt.q̄ aūt foꝛnicant in coꝛpus ſuū pec
cant. Ideo Hugo.de ſacramētis. Totis conatib⁹
inſiſtere debem⁹ vt coꝛpus ſpiritui ſubdam⁹. Ro.
viij. Qui ſm carnē ſunt.deo placere nequeunt. Et
Aug.de ciui.dei. Luxuria eſt deoꝝ oīm virtutū ini
mica. ¶ Dixi ſecūdo docet bonoꝝ opeꝝ vigilantiā
dicēs. Et lucerne ardentes in manib⁹ vr̄is Greg.
Lucernas in manib⁹ tenemus qñ ꝑ bona opa ꝓxi
mis exemplūꝫ lucis pbemus Mat.v. Luceat lux
veſtra corā hoībus ⁊c̄. Duo iubent.ſ.lucere ⁊ arde
re.lucere ꝑ cōuerſationis ſplendoꝛē.ardere.ꝑ dile-
ctionis amoꝛē. Dicit nāq; Greg. Lucere tm̄ vanū
eſt.ardere parum eſt. ꝫ lucere ⁊ ardere magnū eſt.
¶ Nota dicit lucerne in plurali. Plures eñ lu
cerne in manib⁹ poꝛtari dn̄t.⁊ ſunt tres. Prima eſt
lucerna pure intentōnis. q̄ tunc in manib⁹ poꝛtat
cū bono operi recta intētio iūgit. Mat.vj. Lucer-
na coꝛpis tui eſt ocul⁹ tuus.i.toti⁹ mētis intētio q̄
eſt oculus toti⁹ opatiōis. Gre. Qui rectā intētōeꝫ
in ope nō hꝫ totū opus amittit. ¶ Scda lucerna ē
v̄bū pdicatōis diuine pſ.cxviij. Lucerna v̄bū tuū
pedib⁹ meis. Illa in manib⁹ tenet qñ v̄bū dei ope
adimplet. ¶ Tercia lucerna eſt honeſte ↄuarſatio
nis Luce.xj. Nemo accēdit lucernā ⁊ in abſcondi
to ponit eā neq; ſub modio ꝫ ſup candelabꝛū. Di
cit nāq; Gre.ſup Ezech. Qui i occulto bene viuit
carbo eſt.q̄ aūt in publico.lucerna eſt. Jō apl's ad
Phil.ij. Sitis ſine rephenſiōe in medio natōnis
praue ⁊c̄. Itē nō ſufficit hr̄e dūtaxat carnis mūdi-
ciā ⁊ bonoꝝ opeꝝ vigilantiā ꝫ cū hoc reqrit vt ha-
beam⁹ oīm illoꝝ pſeuerantiā.de q̄ ſubdit in textu.
Et vos hoīb⁹ ſil'es expectātib⁹ dn̄m ſuū qñ reuer-
tat a nuptijs. Nuptie ſunt eterna gaudia ad q̄ dn̄s
iuit in die aſcēſionis ⁊.reuertet ad iudicādū. De q̄
Prouer.vij. Abijt viā lōgiquā ſaccū pecunie tulit
ſecū.in die plene lune reuerſur⁹.ſ.qñ eccia erit ple
na nūero ſaluandoꝝ. h veꝝ eſt de generali iudicio
Sz de ſpeciali tūc reuertet i die moꝛtis.de q̄ Exo.

xix. Veniā in caligine nubis ad te. in q̄ obſcurent
oculi ⁊ frigeſcēt mēbra. Sȝ bti ſerui q̄s cuȝ venerit
dn̄s ⁊ pulſauerit inuenerit vigilātes. ⁊ ꝯfeſtim ape
riēt ei. Gre. Ille vigilat q̄ ad aſpectū veri luminis
oculos interiores ꝑ exercitiū bonorū operꝝ aptos
tenet. Nā cū venerit ad iudiciū ꝑticulare ꝑ
mortē. tunc pulſabit ꝑ egritudines ⁊ moleſtias. vt
ſciam⁹ mortē vicinā. ꝫ btūs ſeru⁹ quē inuenerit vi
gilātem tūc i bonis opib⁹. de q̄ Prouer. viij. Btūs
hō qui audit me ⁊ vigilat ad fores meas q̄tidie. Et
merito q̄tidie. q꞉ ſm̄ Bern̄. Nihil certius morte. ni
hil incerti⁹ hora mortꝭ. Amos. iiij. Parat⁹ eſto in
occurſum dn̄o deo tuo. Aug. in li. iiij. omelꝭ. Latet
dies vltim⁹ vt obſeruēt oēs dies. Ideo pſ̄. xxxvj.
Expecta dn̄m ⁊ cuſtodi vias ei⁹. Sic fecit beatus
martin⁹. vt de eo legiꝭ illud Ecci. xxxix. Iuſt⁹ cor
ſuū tradet ad vigilādū diluculo ad deū q̄ fecit illū
Scdo reuerteꝭ ad iudiciū vniuerſale. Act. j. Sic
veniet quēadmodū vidiſtis eū aſcēdentē. Sȝ hāc
reuerſionē debem⁹ patiēter expectare. Iac. v. Pa
tiētes eſtote vos ⁊ cōfirmate corda vr̄a. qm̄ aduēt⁹
dn̄i appropinq̄bit. Itē patiēter debem⁹ expe
ctare deū reuertentē ad iudiciū ꝓpter tria. Prio ꝓ
pter hoſtiū vindicationē. Judith. viij. Expectem⁹
humiles ꝯſolationē ei⁹. Nā exq̄ret ſanguinē nr̄m.
de manu inimicoꝝ nr̄oꝝ. vt implebitur illud Pſ̄.
xxxvj. Cū perierit pctōr videb. Prouer. xx. Ne di
cas redde malū ꝓ malo. expecta dn̄m ⁊ liberabit te
Scdo ꝓpter corpis reformationeȝ. ad Phil. iij.
Saluatorē expectem⁹ dn̄m ihm q̄ reformabit cor
pus hūilitatꝭ nr̄e ꝯfiguratū corpi claritatꝭ ſue. Tre.
iij. Bonū ē p̄ſtolari dn̄ȝ cū ſilētio. i. patiētiā. j. Ioh.
iij. Qui cū apparuerit ſiles ei erim⁹. qm̄ videbim⁹
euȝ ſicuti eſt. ⁊ ois q̄ hȝ hanc ſpem in eo ſanctificat
ſe ſicut ⁊ ille ſctūs eſt. Tercio ꝓpter nr̄am remune
rationē. de q̄ pſ̄. xxxvj. Expecta dn̄m ⁊ exaltabit te
vt hereditate capias terram ⁊c̄. Scribiꝭ em̄ Iac. v.
Agricola patiēter expectat fructū tēporaneū ⁊ ſe
rotinū. multo magis nos. Sȝ cū venerit tūc pulſa
bit ꝑ angelos clāgentib⁹ tubis. Surgite mortui ve
nite ad iudiciū. Ad hūc pulſum oēs ꝯfeſtim appa
rebim⁹. mare dabit mortuos. terra corpa. infernus
aīas. vbi oēs apparebim⁹. de q̄. ij. Chor. v. Oēs
ſtabim⁹ añ tribunal xp̄i. ⁊ Athanaſi⁹. Ad cui⁹ ad
uētū oēs hoies reſurgēt. Sȝ bti ſerui q̄s inuene
rūt dn̄s vigilātes. amen dico vobis p̄cinget ſe. Sy
mon de caſſia. Sicut boni erūt p̄cincti ad actionē
bonoꝝ. ita xp̄s parat⁹ erit ad retributiōem p̄mioꝝ
Et faciet diſcūbere. i. in eterna beatitudine q̄ſcere
q꞉ h̄ nō habuerūt requiē in corpe. ꝗ ibi habebūt re
quiē in corpe ⁊ aīa. q꞉ ampli⁹ nō erit dolor neq꞉ lu
ctus ⁊c̄. Apoc. xxj. Et trāſiēs miniſtrabit eis. Sy
mon de caſſia. Nō paſſib⁹ pedū nec locoꝝ. ſed clari
tatē ſpeculatiōis diuinitatis ſingulis ſtatib⁹ dabit ſi
cut meruerūt. Et ſi in ſcdā vigilia venerit. i. in ado
leſcētia. ⁊ ſi in tercia. i. i ſenectute. ⁊ ita inuenerit bti
ſunt ſerui illi. Cyrill⁹. Si q̄s p̄mā ⁊ ſcdam vigiliaȝ
neglexerit poterit in tercia vigilare. Grego.
Pria vigilia eſt cuſtodia puericie. maxime cū inci
pit vſus rōis in pueris. Scdā vigilia eſt cuſtodia
iuuētutis. Tercia ſtat⁹ virilis. Quarta ſenectutis.
q꞉ in q̄lib et ſtatu aliq̄ moriunꝭ. iō in q̄libet ſtatu fi
deles dn̄t eſſe parati ꝑ iuſticiā ad recipiēdū mortē.
eo q꞉ dicit Seneca. Nemo veniētem mortē hilaris
accipit niſi q̄ ſe ad illā p̄parauit. Et ad hoc incitat
nos ꝑ exemplū i textu dicēs. Hoc aūt ſcitote. qm̄
ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret vigila
ret vtiq꞉ et non fineret perfodi domum ſuam.

## Sermo cliiij. Ad idem.

## Si ſciret pater famili-

as q̄ hora fur veniret vigilaret vtiq꞉ ⁊ nō
fineret ꝑfodi domū ſuā. Lu. xij. In ver
bis p̄miſſis duo innuūꝭ. Primo hoiȝ ꝑiculoſitas
⁊ ignorantia. ibi. ſi ſciret. Scdo ſubiūgiꝭ cuſtodio
ſitas ⁊ vigilātia. ibi. vigilaret vtiq꞉. Dixi p̄mo in
nuiꝭ hoim ꝑiculoſitas ⁊ ignorātia. ſ. q꞉ non cogno
ſcūt futurū ſtatū vel caſuȝ vel an ſtabūt in gratia vꝭ
cadēt a grā. de q̄ Eccꝭi. ix. Sūt iuſti atq꞉ ſapiētes. ⁊
opa eoꝝ in manu dei ſunt. q꞉ oia in futurꝝ reſeruāꝭ
incerta. j. Cho. x. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne
cadat. q꞉ ſcribiꝭ Eccꝭs. ix. Sicut aues cōp̄hendū
tur laqueo. ſic hoies capiūꝭ in tp̄e malo. h̄ eſt in tē
pore temptatiōis. Iō hortaꝭ Ecci. ij. Fili ad tēpta
tionē p̄para aīam tuaȝ. Exemplo prīſfamilias. q̄
ſi ſciret q̄ hora fur veniret. vigilaret. Itē mul
tiplices ſunt fures q̄ hoi furanꝭ ⁊ ſubtrahūt ſaluteȝ
aīe. Prim⁹ eſt mētis negligētia. Ille fur appro
pinq̄t occulte ſub ſpecie boni ꝓponēdo tibi. h̄ eſt ti
bi graue vel nimiū. vel aliis tpibus ꝑficias h̄ opus
cū meli⁹ eris diſpoſit⁹. de tali Hiere. xlviij. Male
dict⁹ q̄ facit opus dn̄i negligēter. Rich. Quātū ne
gligis tantū decreſcis. Ille fur ſubtrahit tibi p̄cio
ſum theſaurꝝ irrecupabilē. ſcȝ tp̄s. de q̄ Bern̄. Ni
hil p̄cioſi⁹ tp̄e. Sȝ heu hodie nihil vili⁹ eſtimaꝭ. trā
ſierūt dies ſalutis et nemo recogitat. Dn̄i Bern̄. in
ꝯtemptu mūdi. Nō curāt carnales ꝗ paruipēdūt
qd̄ tn̄ deſiderāt inuenire. Nam oēs deſiderāt inue
nire vitā eternā ⁊ ꝯſequi ⁊ nō volūt ſequi. ideo im
punitas auſuȝ parat. auſus exceſſuȝ. vt dicit Ber.
ſup Can. Et ſic negligētia furaꝭ tp̄s ſalutis. ⁊ p̄uat
nos merito eternitatis. de q̄ Prouer. xx. Propter
frigus piger arare noluit. et mēdicabit tēpe eſtatis
⁊ nō dabiꝭ ei. Ideo Bern̄. Magnū dānuȝ eſt amit
tere id qd̄ ineternū nō pōt recupari. hoc eſt temp⁹
De q̄ Criſ. Omni rei magis optet parcere q̄ꝫ tpi
Auruȝ ſi ꝑdideris recupare poteris. temp⁹ vero p̄
teritū nūq꞉. Iō Ecci. iiij. Fili obſerua tēpus. Con
tra illū furē vigilanduȝ eſt ꝑ exercitia boni operis
Eccꝭi. xiiij. Particula bone diei te non pretereat.
Ephe. v. Redimētes tp̄s qm̄ dies mali ſunt. Que
q̄dem redemptio fieri debet ꝑ bona opa. Eccꝭs.
ix. Quodcūq꞉ pōt man⁹ tua opari. inſtanter fac. q꞉
nec ſciētia nec rō nec opus eſt apud inferos. Se
cūdus fur q̄ ſubtrahit aīe ſalutē eſt carnis cōcupi
ſcentia. Ille veniet q̄tuloſe ꝯquerēs defect⁹. q꞉ iam
ſitit. iam eſurit. iam debilis eſt. deſiderās refici. et
poſtq̄ꝫ refectus fuerit. tūc ille fur furaꝭ nobis men
tis mūdiciā. De quo Hiero. Venter vino eſtuans
cito ſpumat in libidinē. Iō Bern̄. Geſtām⁹ inimi
cū nr̄m circūferim⁹ laqueū noſtrū. ſ. carnē q̄ cōcu
piſcit aduerſus ſpūm. Iō Eccꝭs. xij. Ne credas ini
mico tuo in eternū. hoc eſt carni. quia eſt prona ad
malū. Gen̄. viij. Senſus ⁊ cogitatio hoīs ab adole

ſcentia ꝓna ſunt ad malū.qꝛ caro eſt. Et ſcribitur Eccl.xvij. Nihil nequiꝰ q̄ꝫ ꝙ caro excogitare poterit. Itē nō ſolū ꝓna ad malū.ꝫ etiā tarda ad bonū Mat.xxvj. Spūs ꝓmptus eſt.caro autē infirma. De quo ad Ro.vij. Non inueni in carne mea bonum qḋ ago. Sicut eñ infidelis debitoꝛ q̇ vult delicate viuere ⁊ nō ſoluere. Ideo pſ.xxxvij. Nō eſt ſanitas in carne mea. Item nō eſt carni credendū qꝛ eſt ingrata ad beneficiū. ſicut mala terra quāto plus impinguaꝛ.tāto plus ꝓducit de herba mala Iuxta illud Deut.xxxij. Impinguatus dilatatus ingroſſatus incraſſatus receſſit a deo ſalutari ſuo. Et Eccl.xxxvij. Propter crapulā multi ꝑierūt. Iō hoꝛtamur ad Ro.xiij. Curā carnis ne ꝑfeceritis in deſiderijs. Ubi Alanꝰ. Nō in deſiderijs ꝫ bene in neceſſarijs. Iō Gre. Ubi caro q̇eſcit.ibi ſpūs deficit. Et ſic ꝑcioſuꝫ theſauꝝ furaꝛ nobis.ſ.mundiciā cordis.de q̇ ꝑcioſo theſauro loquiꝛ Bern. dicens. Ueniet tempꝰ vbi plus valet pura ꝯſciētia q̄ꝫ marſupia plena pecunia. Iō ꝯtra talē furem eſt vigilādū ꝑ ſtrēnuitatē caſtigatiōis. Iuxta illud.j.Choꝝ.ix. Caſtigo corpus meū ⁊c. ad Ro.viij. Debitores ſumꝰ nō carni ꝫ ſpiritui. Rōneꝫ allegat Gre. dicēs Quicq̇d delectatiōis carni ſubtrahimꝰ in ſpū inuenimꝰ. ¶ Tercius fur eſt mundi aſtutia q̇ venit ſub ſpecie amicitie. ⁊ blādiꝛ hoi nūc ꝑ potētiā.nūc per ſapientiam.nunc per honoꝛem. de quo fure ſcribit Augꝰ.in didaſcolicon dicens. Mundus de quanto blandioꝛ de tāto periculoſioꝛ. Ille fur furaꝛ hoi amicitiā dei. Iac.iiij. Qui vult eſſe amicꝰ huiꝰ mūdi inimicus dei ꝯſtituiꝛ. Contra hūc furē eſt vigilādū ꝑ mūdi ꝯtemptum.j.Ioh.ij. Nolite diligere mundū.qꝛ perit mūdꝰ ⁊ oīs ꝯcupiſcētia eiꝰ. Amb. de fuga ſeculi. Qui ſaluꝰ eſſe deſiderat ſuꝑ mūdū aſcēdat. M ¶ Et merito eſt ꝯtēnēdꝰ iſte fur.ſcꝫ mūdus ſex de cauſis. ¶ Primo mūdus eſt ꝯtemnēdus.qꝛ plenus eſt diſſenſione. Ioh.xvij. In mūdo ꝑſſuraꝫ habebitis.in me aūt pacē. Et hoc ꝓuenit ex eo.qꝛ eſt inimicus deo. Iuxta illud Iac.iiij. Adulteri neſcitis.qꝛ amicitia huiꝰ mundi inimica eſt deo. Et quō pacē habere pōt qui eſt inimicꝰ dei Iob.ix. Quis reſiſtet ei ⁊ pacem habebit. ¶ Scḋo eſt ꝯtemnēdus qꝛ plenus inq̇natiōe. Chꝛiſ. Mundus nunq̄ꝫ eſt mūdus. ꝫ immūdus ſemꝑ. ideo eſt ꝯtemnēdus. Quia ſcribiꝛ Eccl.xiij. Qui tetigerit picē inq̇nabiꝛ ab ea. Sic q̇ adheret mūdo inq̇nabitur in ꝯſciētia.j.Ioh.ij. Omne qḋ eſt in mūdo aut eſt ꝯcupiſcētia carnis aut oculoꝝ aut ſuꝑbia vite. illa aūt inq̇nant aīam. Et ſic mūdus nō ꝑmittit hoiem ſtare ſine macula. de q̇ Aug. Si te delectat mūdus ſemꝑ es immūdus. de q̇ Chꝛiſ. ſuꝑ Mat. Difficile eſt viꝝ in mūdo poſitum iuſticiā ſeruare immaculatā. ¶ Tercio mūdus eſt ꝯtemnēdus. qꝛ plenꝰ excecatiōe.qꝛ amoꝛ ſeculi excecat oculos mētis. de q̇.ij.Choꝝ.iiij. Deus huius ſeculi excecabit mētes infideliū. Sunt naq̄ꝫ mūdani ceci.nō vidētes oīa delectabilia mūdi foꝛe penalitates. de quo Eccl's.ij. Dixi in coꝛde meo affluaꝫ delicijs. fruar bonis.⁊ in omnibꝰ inueni vanitatē ⁊ afflictionem ſpūs. Iō.j.Ioh.v. Totus mūdus in maligno poſitus eſt. Sed heu ceci ſunt nō cognoſcūt. Ratio Aug. Gaudiū mūdanoꝝ eſt gaudiū freneticoꝝ in

firmitates nō cognoſcētiū. Nā ſi cognoſcerent flerēt. Iuxta illḋ Lu.xix. Si cognouiſſes ⁊ tu.ſ.fleres Sed ceci ſunt ⁊ diceꝛ eis illud Apoc.iij. Neſcis qꝛ cecus es. miſer es. Reuera miſer. De quo Bern. Non eſt verioꝛ miſeria q̄ꝫ huius mūdi leticia. Cui conſonat Chꝛiſ. Miſer eſt mūdus.miſerrimi qui eū ſequūꝛ. ¶ Quarto ꝯtemnēdus eſt.qꝛ plenus alteratione. vñ depingiꝛ ſb̄ figura rote volubilis. in ſignū ꝙ hodie diues.cras pauꝑ.qꝛ dicit Boetiꝰ de ꝯſol.lib.ij.pꝛoſa.j. Mūdus dicitur arcus foꝛtune ergo nō eſt ꝯfidēdum in eo. de q̇.j.Thimo.vj. Precipe diuitibꝰ huiꝰ mūdi nō ſperare in incerto diuitiaꝝ huiꝰ mūdi. Alias implebiꝛ illud Iſa.xxxvij. Ecce ꝯfides ſuꝑ baculū arundineum ꝯfractum. ¶ Quinto mūdus eſt ꝯtēnēdus.qꝛ plenꝰ defectiōe De q̇.j.Ioh.ij. Mūdus trāſit.⁊ ꝯcupiſcētia eiꝰ. vt Bern. dicit. Ubi ſunt amatoꝛes ſeculi q̇ añ tpa fuerūt. vbi riſus ⁊ iactātia. inanis gloꝛia. ⁊ diuitiarū copia. trāſierūt oīa. nihil remanſit ex eis niſi cinis Iuxta illud Pſal.lxxvij. Defecerūt in vanitate dies eoꝝ. Iō ad Roma.xij. Nolite ꝯfoꝛmari huic ſeculo.qꝛ oīa delectabilia mūdi ſunt breuia ⁊ trāſitoria. De q̇ Greg. Momētaneū eſt qḋ delectat. eternuꝫ qḋ cruciat. Iō dānati conq̇runꝛ illud Sap.v. Quid nobis ꝓfuit ſuꝑbia ⁊ diuitiarū iactātia. oīa tranſierūt velut vmbꝛa. ¶ Sexto mūdus eſt ꝯtemnēdus.qꝛ plenꝰ deceptiōe.qꝛ oīa q̇ in mundo ſunt nō hñt verā exiſtentiā. ꝫ ſolū apparentiā. qꝛ apparēt eſſe bona ⁊ nō ſunt. Hiero. Si mūdus cultello veritatis aperitur nihil in eo niſi falſitas reperitur Nā q̇cq̇d eſt.ꝑſens aut futuꝝ aut ꝑteritū eſt. Si ꝑſens ſic eſt inſtabile.ſi futuꝝ ſic ē incertū.ſi ꝑteritū tunc nihil eſt. Ideo Prouer.vlti. Fallax grā ⁊ vana eſt pulcritudo. Et Augꝰ. ad diaſcoꝛō. Mūdus cū arridet fallit ⁊ in periculo ſe ponit ⁊ decipit. De q̇ deceptōe dic̄ Aug. in ſmone ḋ mōte dñi. O mūde imūde q̇ntos ſeduxiſti q̄ꝫ multos decepiſti. vt legiꝛ exēplū. Duꝫ obijt ſanctus Bern. tūc obierunt q̇ngēti hoies ḋ q̇bꝰ duo deſcēderūt ad purgatoꝛiū ſolus ſanctꝰ Bern. aſcēdit in celū ſine purgatoꝛio. alij oēs in infernū.qꝛ fuerunt decepti a mūdo. Iō Chꝛiſ. Mūdialia oꝑa ſemꝑ hoiem excluſerūt ab eterna vita. Iuxta illud Iob.xxj. Tenēt tympanū ⁊ cytharā.⁊ ducūt in bonis dies ſuos.et in puncto ad infernū deſcēdūt. Iō Mat.xvj. Quid prodeſt homini ſi vniuerſuꝫ mūdū lucreꝛ ⁊c. Ubi Hiero. Quid ꝓdeſt tibi ſi haberes potētiā Octauiani. diuitias Creſi. longeuitatē enoch. pulcritudinē abſalonis. foꝛtitudinē ſamſonis. cuꝫ tandē coꝛpus daꝛ fermibꝰ ⁊ aīa demonibꝰ. Iō hoꝛtaꝛ nos apl'us ad Tytū.ij. Sobꝛie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamꝰ in hoc ſeculo. Sobꝛie q̇ ad nos. iuſte quo ad deuꝫ. pie quo ad ꝓximos. Et ſic ꝯtēniꝛ mūdus. ¶ Quartus fur eſt diaboli fraudulētia. Nam ſicut fur dimittit vilia. rapit ꝑcioſa. ſic diabolꝰ nō curat auꝝ ⁊ argētū nec lapides ꝑcioſos. ꝫ nitiꝛ defraudare aīas. Iuxta illud Geñ.xiiij. dixit abimelech rex ſodomoꝛū ad abraam. Da mihi aīas. cetera tolle tibi. Hūc ꝑcioſum theſauꝝ de quo apl's.ij.ad Choꝝ.iiij. Habemus theſauꝝ in vaſis fictilibus. quē xp̄s ita ꝑcioſe eſtimauit vt ſanguinē fudit ꝓ eo. ⁊ aīam ſuam dedit. hūc nitiꝛ diabolus furari. Iō ꝯtra hūc furē.

ſcꝫ diabolū eſt vigilādū ꝑ reſiſtentiā. de ꝙ̄ Iac. iiij.
Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Ratio Hiero.
Debilis eſt hoſtis nō pōt vincere niſi volentē. Iō
j. Pe. v. Vigilate qꝛ aduerſarius veſter. diabolus
tanꝙ̄ leo rugiēs circumit q̄rens quē deuoret. cui
fortiter reſiſtite in fide. Et merito debem⁹ vigilare
reſiſtēdo. qꝛ dicit Ber. Illius eſt mala ſuggerere. no
ſtrū vero nō ꝯſentire. qꝛ dicit Iſid. Non eius pote
ſtas. ſꝫ nr̄a volūtas mācipat nos diabolo. ¶ Quin-
tus fur eſt mortis aſſiſtētia. qꝛ mors appropiquat
occulte ⁊ vbiqꝫ Seneca. Mors vbiqꝫ te expectat. ⁊
vna dieꝝ te arripiet. Quia ſm̄ Aug⁹. de vbis dn̄i.
Mors eſt certa hora incerta. vt ſꝑ ſit ſuſpecta. Et
apl's. j. ad Theſ. v. Dies dn̄i ſic fur i nocte veniet. ſ.
occulte. Ideo Aug. Si nō ſcis ꝙ̄ hora veniet. ideo
ſꝑ vigila vt te ſemꝑ inueniat paratū. ſ. in bonis ope
rib⁹. qꝛ dicit Aug⁹. de diſciplina xp̄iana. Non pōt
male mori ꝙ̄ bene vixerit. Ideo ꝯtra iſtū furem eſt
vigilādū ꝑ exerciciū bonoꝝ opeꝝ. Eccl'i. xiiij. Ante
obitū opare iuſticiā. Nam ille fur furaꝛ nobis me
ritū vite p̄ſentis. Ideo apl's ad Gal. vj. Dum tem-
pus habem⁹ operemur bonū. Eo ꝙ ſaluator dixit
Ioh. ix. Me oportet opari donec dies. veniet nox
q̄n nemo opari poteſt. ſ. poſt mortē. Poteſt homo
conqueri illud Lu. xvj. Quid faciam quia aufert
a me dn̄s villicationem. fodere non valeo. mēdica
re erubeſco. Iō Eccl'i. xj. In die bonoꝝ nō ſis im-
memor maloꝝ. videlicet ꝙ reddet vnicuiqꝫ iuxta
opa ſua. Talis fuit Seneca dicēs. Ante ſenectutē
cogitaui vt bene viuerē. vt in ſenectute bn̄ morerer.
Nam dicit Aug. Non eſt mala mors putāda cū ꝓ
ceſſerit bona vita. quam duxit beatus Martinus
vt patet in eius legenda.

¶ De ſancta Eliſabet. ¶ Sermo clv.

**Vendidit omnia que ha**buit ⁊ emit eā. Mat. xiij. ⁊ legiꝛ ad hono
rem beate eliſabeth ꝓ euāgelicali officio
¶ Fontinus in deſcriptionib⁹ vniuerſi dicit. Lu-
mine maiori ſupueniēte minus lumē obfuſcaꝛ. vt
patet de ſole ⁊ ſtellis. ſole lucente lux ſtellaꝝ obfu-
ſcaꝛ. Spūaliter. Per maius lumen intelligiꝛ lux
beatitudinis eterne Pſal. xxxv. In lumine tuo vi
debimus lumē. Cū hoc lumē lucet ꝑ amorē ⁊ deſi
deriū in mente hoīs. tunc extinguiꝛ lumē p̄ſentis
felicitatis. de quo Hilari⁹ ſuꝑ Mat. Qui eternā
beatitudinē deſiderat neceſſe eſt vt mundanorum
dulcedinem renuat. eo ꝙ iſta duo ſil' ſtare non poſ
ſunt. ſ. dulcedo tēporalis ⁊ eternalis. De ꝙ̄ Bern.
Sicut ignis ⁊ aqua ſil' ſtare nō poſſunt. ſic nec tē-
porales ⁊ ſpūales delicie. Iō Amb. Qui ꝯtemnit
tpalia merebiꝛ ſempiterna. Figuraꝛ Gen. xij. cum
abraam egreſſus eēt de terra ⁊ de cognatione ſua
⁊ de domo patris ſui. tunc bn̄dictio oim̄ gētiū fuit
ſibi ꝓmiſſa. Spūaliter. Per abraā intelligiꝛ quili
bet fidelis qui nitiꝛ ꝯſeqꝫ bn̄dictionē beatitudinis
eterne debet relinquere terrena deſideria ⁊ carna-
lia ⁊ oīa caduca. ille ꝯſequiꝛ eterna. de ꝙ̄ Varro in
ſentētijs. Cūcta poſtponat ꝙ̄ lumē beatitudinis et
ne ꝯſeqꝫ adoptat. Talis fuit btā eliſabeth. ꝙ̄ reliqt
lumē p̄ntis felicitatis anhelās ad lumē eternitatꝭ
De ꝙ̄ Thema. Vēdidit oīa ꝙ̄ habuit ⁊c. ¶ In ſum
ma p̄ntis euāgelij cōmēdatur btā eliſabeth a duo
b⁹. Primo a vita actiua. Scdo a vita ꝯtēplatiua.
Primū innuiꝛ ibi. in agro abſcōdito. Scdm in ne
gociatore experto. de pmo dicit. In illo tpe. ſ. cum
ihs ſedebat ſecus mare ⁊ cōgregate fuerūt ad eum
turbe. ita vt in nauiculā aſcendēs ſederet. ⁊ oīs tur
ba ſtaret in littore. Tūc locut⁹ eſt eis multa in pa-
bolis. inter cetera dixit iſtā pabolā. Simile eſt re
gnū celoꝝ. id eſt xp̄s rex glīe. ¶ Moroſi⁹. Xp̄s
dr̄ regnū celoꝝ quattuor de cauſis. ¶ Primo. nā ſi
cut in regno celoꝝ eſt eterna vita. vt etiā dicaꝛ ter-
ra viuētiū. de ꝙ̄ pſ. xxvj. Credo videre bona dn̄i ⁊c
qꝛ ibi null⁹ moriꝛ. Et ſic i xp̄o habem⁹ vitā eternā
Ioh. xiij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te ſolū
veꝝ deum ⁊ ihm̄ xp̄m quē miſiſti. Nam ipſe dixit
Ioh. v. Sicut pater habet vitā in ſemetipo. ſic ⁊ fi-
li⁹ habet vitā in ſemetipo ⁊. ꝙ adheret vite mori nō
poteſt. Sic qui xp̄o adheret ꝑ fidem ⁊ charitatem
De quo Ioh. xj. Qui credit in me etiā ſi mortuus
fuerit viuet. ¶ Scdo xp̄us diciꝛ regnū celoꝝ. qꝛ eſt
via ad regnū. Ioh. xiiij. Ego ſū via veritas ⁊ vita.
Et ſubdit. Nemo venit ad patrē niſi ꝑ me. Vnde
Aug.. Chriſtus in hūanitate fact⁹ eſt nobis via ad
ſuā diuinitatē. Ideo Ioh. x. Per me ſi quis introi
erit ſaluabiꝛ. Tercio chriſtus diciꝛ regnū celoꝝ. qꝛ
hꝫ claues regni celorū. Vn̄ Apoc. iij. Qui habet
clauem domus dauid. Nam ipſe aperuit regnum
celoꝝ claue crucis. de quo Iſa. xxij. Dabo claues
domus dauid ſuꝑ humerū eius. Ideo Apoc. iij.
Aperit ⁊ nemo claudit. ſ. ſaluādis. claudit ⁊ nemo
aperit. ſ. dānandis. ¶ Quarto diciꝛ xp̄s regnū
celoꝝ. qꝛ ciues celeſtes manent in eo. Sic fideles
ad celeſtem ciuitatem ptinētes hn̄t hic māſionem
in xp̄o. De quo Ioh. vj. Qui manducat meā car-
nem in manet ⁊ ego in eo. Hoc regnū celoꝝ xp̄us
eſt ſimile theſauro abſcōdito in agro. Ager eſt ca-
ro eius ſanctiſſima. theſaur⁹ eius diuinitas. De ꝙ̄
Col. ij. Omnes theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie in eo ſūt
abſconditi. Iſte theſaur⁹ eſt in agro. id eſt in carne
xp̄i abſconditus. Iuxta illud Iſa. xlv. Vere tu es
deus abſcondit⁹. Nam ſua potētia abſcōdebaꝛ in
hūilitate ꝓfunda. ſua maieſtas i paſſione ſua acer
biſſima. Ideo dic̄ Gre. Latenter decepit diabolū
tāqꝫ ꝑ eſcā hamo impoſitā. Hic ē ager redolēs. de
quo Gen. xxvij. Ecce odor filij mei ſicut odor agri
pleni. Hic ager ſupabundat oleo miſericordie ⁊ vi
no vitalis doctrine. De quo Ioh. vj. Domine quo
ibimus. verba vite eterne habes. Hoc vino inebri-
atus eſt petrus videns trāſfigurationē corpis ſui
in monte thabor. ⁊ oblitus oim̄ tm̄ in tabernaclis
hui⁹ vini cōmorari voluit dicēs Mat. xvij. Dn̄e
bonū eſt nos hic eſſe. faciam⁹ tria tabernacula. Hic
ager tulit triticū panis angelici om̄e delectamētū
in ſe habentē Sap. xvj. de quo ⁊ pſ. lxxvij. Panē
angeloꝝ māducauit hō. Quē qui inuenit homo.
Iſte theſaurus debet queri ⁊ inuenietur. De quo
Hugo de archa noe li. j. c. vltimo. Deus per deſi-
derium queriꝛ. per fidem inueniꝛ. per guſtū tangi
tur. Ideo hortaꝛ nos Ber. ſuꝑ Can. dicēs. Crede
in deū ⁊ inueniſti eū. qꝛ credere eſt inuenire. eo ꝙ
diciꝛ ad Epheſ. iij. Dico xp̄m ꝑ fidem habitare in
cordib⁹ noſtris. Et ſic beata eliſabeth inuenit hūc